i ¶ Ui peierat. ¶ Cōſecrata. qꝛ quanto ſanctiꝰ eſt ꝑ quod iuratur, tanto maius eſt periurium: vt. ſ. e. q. i. mouet. Nūquid ergo maius ſacrilegiū committunt qui verberant clericū in maioribꝰ ordinibꝰ conſtitutum ꝙꝫ in minoribus? Credo ꝙ ſic: vt. xvii. qōe. iiii. ſi qs deinceps. et. c. q̄ ſubdiaconū. et. c. qui occiderit.

Pbſm ꝟberās plꝰ peccat ꝙꝫ ꝟberans ſimplicē clericum.

k ¶ Et ignorans. eſſe pctm̄ qđ iurauit. nam ſi fuiſſet ignorātia facti nullum eſſet peccatū: niſi ignorātia fuiſſet craſſa: que neminem excuſat. C.

ſalus reparari vel confirmari non poſſit, fidē promiſſam ſeruare ꝓhibetur: quorū exēpla premiſſe authoritates ſubiiciunt dū eū q̄ homicidiū facere: vel alimēta matri z fratribus nō ſubminiſtrare: in adulterio ꝑmanere: vel ad pacem cū aduerſario nō redire: iuramētum preſtādo ꝓmiſerit, ſalubriori cōſilio illicita vota ob ſeruare non permittunt. Eſt etiam id qđ iuratur aliquādo vitioſum, nō in natura ſui ſed ex cauſis extrauenientibꝰ: veluti cum aliquis poſt votum caſtitatis iurat alicui ſe habiturum eā in cōiugem. cōiugē nāqꝫ habere in ſeipſo malum non eſt: tñ huic ex voto pernicioſum eſt. hoc autē iuramentum etiam ſi illicitū ſit: nō tamen ſeruari ꝓhibetur: ſed de violatione voti penitentia ſibi iubetur indici. Ex modo iurādi tūc eſt illicitū iuramentū qñ incōſiderate z incircunſpecte aliq̄d iurať quo nec corporalis nec ſpūalis ſalus adimatur: z ſine quo vtraqꝫ ſalus reparari z vita cōſeruari valet: veluti dum aliq̄s a parētibus coactus vel clericatꝰ tonſurā, vel religionis veſtē ſuſcipiat, ſe neutrum facturū iuramēto firmauerit: hoc ꝙꝫuis aliq̄bus videať reprehēſibile, qꝛ opus charitatis iuramēto ſe non facturum promiſit: nulla tñ authoritate ſeruari ꝓhibetur: qꝛ etſi nunq̄ꝫ clericatus tonſurā vel religionis veſtē ſuſcipiat, non tamen ideo minus ſalutē ꝓmereri valet: cū nonnulli in laicali habitu ſāctiſſimi z deo dilecti inueniantur. quo exemplo euidenter datur intelligi quotiēs aliq̄s iurat ſe non facturū aliq̄d quo expeditior ſibi via prepareť ad beatitudinem, dūmodo ſine eo valeat ſalutē inuenire: ꝙ iuramentū nō ꝓhibeť ſeruare. vñ cū nos iuramus nō daturos aliquid alicui ſine quo vtraqꝫ ſalꝰ eiꝰ pōt eſſe incolumis, etſi aliqua ex ea ſibi cōmoditas p̄ſtareť nulla tñ authoritate iuramentum ſeruare prohibemur: dūmodo ſit nobis alia via neceſſitatibus eius ſubueniendi.

## ¶ Queſtio.v.

Q Uod autem[a] q̄nto loco q̄ritur ſi licitum eēt qđ archidiaconꝰ iurauerat, an epſ eēt reꝰ piurii q̄ ad peierādū archidiaconū cogebat: facile pōt diſcerni. ſi em̄ ꝯſētiēs pari pena cū faciēte puniēdꝰ ē: multo magꝭ ille q̄ cogit reus admiſſi criminis ꝓbať. Unde Pius papa ait.

¶ Qui peierare cōpellit et q̄ cōpelliť piurus vterqꝫ ꝓbať.

Q Ui cōpulſꝰ a dño ſciēs peierat: vtriqꝫ ſunt piuri et dñs z miles[b]. dñs, qꝛ precepit: miles, quia plus dñm[c] ꝙꝫ animā ſuā dilexit. Si liber eſt[d]. xl. dies[e] i pane z aqua peniteat: et ſeptē ſequentes annos[f]. Si ſeruus eiuſdem, tres q̄drageſimas[g] et legitimas[h] ferias peniteat. Item.

¶ Pnīa eius qui in manu epī aut in cruce ꝯſecrata peierat.

Q Ui peierat ſe in manu epī aut i cruce cōſecrata[i] tres annos peniteat. ſi vero in cruce nō cōſecrata: annum vnū peniteat. q̄ autē coactus fuerit, et ignorans[k] ſe peierauerit, z poſtea cognoſcit: tres

de h° de reſcin. vendi. quiſquis.

no. xxx. a ſ. viij. diſ. in ſum. q° ſit ō eſt. igrãtia facti, nõ vſ bene la q̃ eſt minor, eſt dictuz: imponẽda: vt. j. di. q: fctm̃ ſtin. ca. eos vero. ſuũ ne mo dz igrare. ar. ff. lo ca. ſed addes. §. j.

a ¶ Si q̃s. ¶ Redimenda. Licet eñ timore mortis iurauerit, tamen peccauit. vt. xxxiij. q. v. ita ne. ſed rõne coactionis mitigat pnĩa: vt ex q̃ me. cau. ſacris. nõ q̃ ſit ō eſt cõtra. xv. q. vj. ca. j. ibi eñ non abſoluunt a pctõ, ſed a iuramento. Jo.

b ¶ Alij. ergo illa q̃ eſt minor, eſt imponẽda: vt. j. di. q: fctm̃ ſtin. ca. eos vero.

c ¶ Si q̃s. ¶ Sine pnĩa. interiori: vt. vj. q° j. quicũq. Joan.

Ille q̃. ¶ Caſus. Si quis cõpellit aliquẽ vel prouocat ad iuramentũ quẽ ſcit falſuz iurare, magis peccat q̃ homicida: q: iſte corp° interficit, ille vo animã ſuã ⁊ alienã.

d ¶ Vincit. Non intelligas q̃ plus peccat periur° q̃ homicida: immo ille plus peccat: vt xiij. diſ. ca. j. ſed dr eum vincere: quia maius damnũ facit: q: maius damnũ eſt in amiſſione vnius aïe, q̃ mille corporuz: vt. xxiiij. q. iij. ſi habes. Jo.

Anime vni° perditio eſt grauior, q̃ mille corpoꝝ.

Qui exigit. ¶ Caſ°. Si aliquis cõpellit aliquem ad iuramentum quem ſcit falſuz iurare, peccat. ſi autem neſcit, nõ peccat.

e ¶ humana. id eſt de humana ĩfirmitate procedit: vt ſ. e. q. j. non eſt.

f ¶ Impreſſit. Multipliciter cogendo. Joan.

Si quis conuictus. ¶ Caſ°. Quidã traxit aliũ ad falſum teſtimonium dicendũ, vel ad aliud periuriuz queſitũ fuit quam penam vterq pati debeat? Et rñd. q̃ qui fieri fecit, donec vixerit dz cõione priuari. q̃ vo fecit, ab oĩ teſtionio repellat ⁊ ſit infamis.

de h° et not. ẽ de iurãtibus per creatũ. ⁊ xxiiij. q. v. rex debet.

g ¶ Infamia. An iuramentum infamet vel non: not. vj. q. j. quicũq. ſed coacti ſi iuraſſent, non infamarẽtur: vt. ſ. q. proxi. inter cetera.

¶ Itẽ qui audit. ¶ hec eſt. ij. pars. q. in qua querit cui dz dicere ſi videt quis q̃ aliquis vult falſum iurare, ⁊ quid iuris, probatur. j. ca. proxi. Jo. de fan.

h ¶ Falſum. ſupple niſi indicauerit, portabit iniquitatem ſuam. Joan.

¶ Qua pena ſit feriẽdus qui neceſſitate coact° periurat.

Si quis coactus pro vita redimenda[a] vel pro qualibet cauſa vel neceſſitate periurat: quia plus corpus q̃ animam dilexit, tres quadrageſimas peniteat. Alij[b] vero iudicant tres annos: vnum ex his in pane et aqua.

Item Gelaſius papa.

¶ Qui peierat ⁊ alios peierare facit: q̃ pena ſit feriendus.

Si quis peierauerit, et alios ſciens in periuriuz duxerit, quadraginta dies peniteat in pane et aqua: et ſeptem ſequentes annos: et nunq̃ ſit ſine penitẽtia[c]: ⁊ alij (ſi conſcij fuerint) ſimiliter peniteant. Item Auguſtinus in ſermone de decollatiõe ſancti Joannis.

¶ Homicidã vincit qui ſciẽs ad periuriũ hoiem cõpellit.

Ille qui hominẽ prouocat ad iurationẽ, et ſcit eum falſum iuraturũ eſſe: vincit[d] homicidã: quia homicida corpus occiſurus eſt, ille animam, immo duas animas: et eius animã quem iurare prouocauit, ⁊ ſuam. ſcis verũ eſſe q̃ dicis: ⁊ falſum q̃ ille dicit ⁊ iurare compellis. ecce iurat: ecce peierat: tu quid ĩueniſti? immo ⁊ tu periſti, qui de illius morte ſatiari voluiſti.

Idẽ in ſermone de periurijs.

¶ Non peccat qui iuramentum exigit ab eo quẽ neſcit falſum iurare.

Qui exigit iurationem, multũ intereſt ſi neſcit illũ iuratuꝝ falſũ, an ſcit. ſi eñ neſcit: et iõ dicit, iura mihi: vt fides ei ſit: nõ eſt pctm̃: tñ humana[e] tẽtatio eſt. ſi aũt ſcit eũ feciſſe et cogit eũ iurare, homicida eſt. Ille eñ ſe ſuo piurio interimit: ſed iſte manũ interficientis ⁊ impreſſit[f] ⁊ preſſit,

Item ex concil. Magotienſi.

¶ Uſq ad extremũ vite non comunicet qui alios ad periuria trahit.

Si q̃s cõuict° fuerit alios ad falſa teſtimonia, vel periuria attraxiſſe: vł quacunq corruptione ſolicitaſſe: ipſe q̃dẽ vſq ad exitũ vite non cõicet. ij vero q̃ ei in piurio cõſenſiſſe pbant, poſtea ab oĩ teſtimonio ſunt remouẽdi: ⁊ ſcḋm legem infamia[g] notabuntur.

Item qui audit aliquem falſum[h] iurare, ⁊ tacet, delinquit. vnde Aug. ait in queſtionib°, Leuitici. cap. j. Alia q̃ audierit vocem iurantis falſum ⁊c.

¶ Qui ſit indicadum falſum quod ab aliquo iuratur.

Hoc videtur dicere, peccare hoiem q̃ audiente iurat aliq̃s falſuz, ⁊ ſcit eũ falſum iurare, ⁊ tacet. tũc aũt ſcit ſi ei° rei de q̃ iurat teſtis fuit[i] aut vidẽs aut cõſcius fuerit. i. aliquo mõ cognouit: aut oculis ſuis cõſpexit: aut ille ipſe q̃ iurat, illi indicauit[k]. ita eñ potuit eſſe cõſcius. ſed inter timo-

Hoc videt. ¶ Caſus. Legit in Leuiti. Ois q̃ audierit vocẽ iurantis falſum, teſtiſq fuerit: niſi indicauerit, portabit iniq̃tatẽ ſuaz. Propẽ hanc lr̃am dubitauerũt q̃dã q̃d eſſet in hoc caſu faciẽdũ quia ſi ſciebant aliquẽ peierare et nõ indicabãt, incurrebant pctm̃ ex ſilentio. ſi vo indicabãt icurrebat peierãs periculum mortis. q̃ſitũ fuit ab Aug. q̃d de hoc eſſet faciendũ? Et rñ. q̃ ille qui falſuz iurat, dz admoneri. ſi vo non audierit, talib° pſonis eſt dicendũ q̃ poti° pñt prodeſſe q̃ obeſſe. i. ſacerdotibus, qui nõ ſolũ illũ corrigere poſſunt, ſed ẽt orare p illo. ⁊ ita ſe expediunt a vinculo pecccati. hic. i. in leuitico. Expſſit. ſcz Moyſes.

i ¶ Fuit. i. talem habuit inde notitiã q̃ huius rei potuit eẽ teſtis: et q̃ ſeq̃t, eſt expoſitio. ij. ps.

k ¶ Indicauit. videt ergo q̃ valeat teſtimoniuz de auditu, vt hic: ⁊. xv. q. v. pſbyter. ⁊. xxvj. q. vj. q̃ recedũt. et. ij. q° j. multi. nã et teſtes intelligũt ſcire q̃ acta ſunt a teſtatore ſi priores teſtes eis hoc dixerũt: vt. C. de teſta. cũ antiq̃tas. j. in fi. j. rñ. Ar. ꝯ. iij. q. ix. teſtes. v. q. ij. relatum eſt. Ad hoc dicas q̃ h loq̃t in cã denũciationis, vbi modica ſciẽtia aliquã fidẽ facit. arg. ex ō ſpõ. p̃terea. ij. immo ⁊ in iudicijs facit fidẽ teſtimoniũ de auditu: vt ex de ſuc. ab inte. cũ dilectus. ex de teſti. cum cãm. Jo. Sed certe teſtimoniũ de auditu eſt proprie cũ aliq̃s audit aliq̃d dici eſſe factũ. Sed ſi audit ꝯhẽtes, nõ eſt teſtimoniũ de auditu. Et hoc innuit ex de teſti. licet. ij. tamẽ hoc ca. nõ loquit de vera denũciatione, ſed poti° de indicatione ſcz cũ quis indicat alij q̃ aliquis vult peccare: ⁊ ſpectat

Teſtioniuz de auditu vtrũ valeat.

Dicit h. lz in h° caſu ſit verũ vt arg. xxxv. q. vj. ō parẽtela. ⁊. c. eps nõ tñ ex h° loco hr̃i põt. Archi.

rem huius peccati, et inter timorē huius ꝑditionis hoīm, nō parua exiſtit plerūq; tentatio. poſſum⁹ em̄ paratū ad ꝑiuriū admonendo vel ꝓhibendo a tā graui peccato reuocare. Sed ſi nō audierit, et corā nobis de re quā nouimus, falſum iurauerit[a]: vtrū ꝑdēdus ſit, ita vt ꝑditus etiā periculū mortis[b] incurrat, difficillima queſtio eſt. Sed q: hic nō expreſſit cui hoc indicādum ſit, vtrū illi cui iurat̄: an ſacerdoti cuipiā qui nō ſolū eum perſequi non pōt irrogando ſuppliciū, ſed etiam orare ꝑ illo pōt: videt̄ mihi ꝙ ſe ab hoc peccati abſoluat vinculo, ſi iudicet talib⁹ qui magis ꝓdeſſe[c] poſſūt q̄ obeſſe periuro: ſiue eū corrigendo, ſiue deum pro eo placando, ſi ⁊ ipſe confeſſionis ſibi adhibeat diſciplinam.

Si ergo iſte (vt ſupra dictum eſt) qui audit falſum iurare et tacet, delinquit: multo magis ille reus eſt qui ad peierādum aliquem compellit.

Queritur[d] de eo qui verboꝝ calliditate ſe circunuenire putat illū cui iuramētum defert: an ſit reus periurij, niſi ſeruauerit quod iuraſſe creditur.

De hoc ita ſcribit Iſidorus ſententiarum libro .ij.

De eo qui calliditate verborum iurat.

Quacūq; arte v̄borū q̄s iurat: de⁹ tn̄ qui cōſciētie teſtis eſt, ita hoc accipit, ſicut ille cui iuratur, intelligit[e]. dupliciter autē reus fit: q: nomen dei in vanum aſſumit: et ꝓximum dolo capit. Item ex ſermone ſancti Auguſtini.

Periurus eſt qui ſuper lapidem falſum iurat.

Ecce dico charitati vr̄e et q̄ ſup lapidē[f] falſum iurat, ꝑiurus eſt. vn̄ hoc dico? q: multi etiā in hoc fallūtur: ⁊ putāt q: nihil eſt ꝑ qd̄ iurant, non ſe crimine teneri periurij. prorſus ꝑiurus es: q: ꝑ id qd̄ ſctm̄ non putas, falſum iuras. ſi tu illud ſctm̄ nō putas, ſctm̄ puta cui iuras. nō enim q̄n iuras, tibi aut lapidi, ſed ꝓximo tuo iuras. hoī iuras ante lapidē, ſed nūquid non ante deū? non te audit lapis loquētem: ſed punit te deus fallentem.

Sed obijcitur illud Greg. in xxvj. libro moralium.

Apud dn̄m v̄ba nr̄a nō ex ore ſed ex corde procedunt.

Humane aures talia verba nr̄a iudicant, qualia foris ſonāt. diuina v̄o iudicia talia foris audiūt, qualia ex intimis proferuntur. certe nouerit ille q̄ intentionē ⁊ voluntatē alterius varijs explicat verbis[g], q: nō debet aliq̄s verba[h] cōſiderare, ſed voluntatem et

ad delicta committēda. ſed denūciatio ſpectat ad delicta cōmiſſa: et ad illa nō tenent̄ niſi q̄ habēt magiſtratū ſuꝑ aliquos: ⁊ illa denūciatio dicit̄ euangelica: iſta dr̄ canonica, ⁊ hec probat̄ ſemꝑ: illa vero non. Et ſic p3 ꝙ crimina nondum cōmiſſa poſſumus denūciare: vt hic: ⁊ .xxij. diſ. diaconi .j. ibi: vicinum precipito ⁊c. ex̄ de deſpon. impu. ca. pe. ex̄ de cogna. ſpi. tua. Jo.

a Iurauerit .i. iurare voluerit.

b Mortis. De facto, q: de iure ꝓpter viuus dictum nō poſſet iudicari: et eſt ſil'e de penit. diſt .j. ca. penul.

c Prodeſſe. vt ſūt ſacerdotes: vt xiiij. qōe .v. deniq;. Qui ergo dicit talibus qui poſſunt ꝓdeſſe, nō obeſſe: nō dr̄ ꝓdere: vt .ij. q .j. ſi peccauerit.

Si ergo. Caſus. Cōcludit Gratianus ex ſupradictis dicens: ſi quis audit aliquem iurare falſum et tacet, delinquit: multo magis ille reus eſt qui cōpellit aliquē ad periuriū.

Querit̄. Hec eſt .iij. pars. q. in q̄ queritur qualiter de⁹ intelligit iuramentum ſi aliquis iurat in fraude, vel decipit in fraudē? et dr̄ ꝙ ſicut ille q̄ ſane intelligit, ſiue ſit dans iuramentum, ſiue accipiēs. et hoc probat ꝑ .v. ca. Jo. de fan.

iij. ps.

Caſus. Querit hic Grat̄. incidenter an ille qui ſub calliditate verboꝝ iurat, ſit re⁹ ꝑiurij niſi ſeruauerit qd̄ creditur iuraſſe? Et rn̄. ꝙ ſic: et ad hoc inducit ſeq. ca.

Juramenta qualit̄ ſūt intelligēda.

d Querit̄. Incidētē ponit hic queſtionē, qualiter iuramenta ſunt intelligenda: ⁊ diſtinguitur: aut vterq; h3 rectum intellectū: aut vterq; doloſum. aut alter tm̄ habet rectum. ſi ab vtroq; interponitur dolus, tunc eſt intelligendum ſm̄ cōem ſignificationem verborū: vt ex̄ de ſpon. ex literis. ſi a neutro interuenit dolus, tunc interpretandū eſt ſm̄ intellectū vtriuſq;, ſi v̄ba poſſint vtriq; intellectui adaptari. ex̄ de teſti. cum tu. ſi ab altero tātū, tunc intelligendū eſt ſm̄ eum qui recte intelligit. ſic videtur diſtingui. j. e. §. ex his. In ſtipulationibus ⁊ alijs contractibus ⁊ ꝯ ſtipulātem ⁊ vendentē interpretandū eſt:

ſed in iudicijs pro actore: vt. ff. de verbo. oblig. inter ſtipulantem. §. j. ff. de cōtrahen. emp. l. labeo. Jo. — Qd̄ dic vt no. ex̄ de reſtitu. ſpol. cū ad ſedē in glo. h ergo,

Quacūq;. Caſus. Dicit Iſid. in hoc ca. ꝙ quacūq; arte verborū q̄s alicui iuret, ita deus intelligit ſicut ille cui iurat̄: ⁊ talis dupl'r peccat: ſcil3 q: nomen dei ſumit in vanū: ⁊ q: ꝓximū dolo capit.

e Intelligit .i. itelligere d3. et eſt ſil'e .j. de cōſe. diſti. iiij. non illud.

Ecce. Caſ⁹. Reprehēdit hic Auguſt. parochianos ſuos qui cum ſuꝑ librum iurare debebāt, lapidem aliquem ſupponebant: eos decipiendo quibus iurabant: nec putabant ſe teneri cum ſuper lapidē iurarent: ſed Augu. dicit ꝙ tenētur: et ſi non ſeruant qd̄ iurauerint, periuriū incurrent: q: nō lapidi, ſed homini iurant ante deum.

f Suꝑ lapidē. Forte coopertum ab aduerſario: vt credant̄ eſſe euangelia.

Sed obijcitur. Caſus. Supra dictū eſt ꝙ de⁹ ſic accipit iuramentū ſicut ille cui iurat̄, intelligit. Nūc v̄o probat ꝯtrariū: et ad hoc inducit ſeq. c.

Humane aures. Caſ⁹. Dicit̄ in hoc ca. ꝙ homies ⁊ maxime ſimplices et indiſcreti talia verba iudicant qualia foris ꝓferunt̄: deus vero talia foris audit, qualia ex intimis ꝓferuntur. vn̄ diſcret⁹ homo vel iudex qui interpretatur intentionem iurantis alteri, conſiderare debet ꝙ verba debent deſeruire intētioni, non intentio verbis.

g Verbis. Que ille protulit, ⁊ vult ea aliter interpretari prout verba ſonare videntur: quod ſemper non eſt faciendum: cum ſepe bona verba mala intentione proferantur: ⁊ econuerſo: vt .v. qō .v. non omnis. ⁊ capi. non oſculatur: vt .xxiij. q .j. paratus. — Verba bōa q̄ſq; q; mala intētiōe ꝓferūt

h Verba. Argum̄. potius eſſe conſiderandam mentem alicuius q̄ ipſa verba: vt .j. qō .j. marchion. et de conſecra. diſtin. iiij. retulerunt. extra de verb. ſignifi. preterea, et ca. intelligentia. xxij. q .j. paratus. in princi. ff. de in tēdi. — Mens potius q̄ v̄ba atte[n]di d3

† Ad idē.xxx. viij.di. ſedulo. xcij.di. ca.j.§. ea.q.ij. is aūt.

ius vo.l.ꝗuis. † Sed hoc verum eſt cum cōſtat de intellectu.al's in dubijs a verbis non eſt recedendum.ff.de lega.iij. non aliter.ff. de exercitoria.l.j.§. ſi is qui nauem. extra de ſponſa.ex literis.

¶ Si ergo. ¶ Caſus. Concludit Gra.ex ſupradictis dicens ꝙ ſi deus ita accipit verba foris q̄lia ex intimis ꝓferuntur: ⁊ ſi verba debēt deſeruire intentioni, ⁊ non ecōuerſo: apparet ꝙ deus nō ſic accipit iuramentum ſicut ille cui iurat̄ intelligit: ſed potiꝰ ſicut ille qui iurat.

¶ Item obijcitur. ¶ Caſus. Adhuc obijcit Gra.et probat in hoc.§. et ſequenti ꝙ iuramentum debet intelligi ſm intentionē iurātis, ⁊ non eiꝰ cui iurat̄. ⁊ hoc ꝓbat per duo exempla in illis poſita.

¶ Itē ſi innocens. ¶ Caſus. Adhuc probat in hoc.iij.§. ꝙ ſm intentionem iurantis dꝫ intelligi iuramentū. Ego accuſatus de crimine ſcripſi ſuper aliquā chartulā qualiter iurare volebam me eſſe immunem a delicto: ſed aduerſarius meꝰ volens me peierare, ſubripuit illud breue quod ſcripſi: et ſuppoſuit aliud in quo cōtinebatur me crimen commiſiſſe. Cum ergo iuraſſem ſicut in illo breui continebatur, arguebat me periurij: et dicitur hic ꝙ ego non ſum periurus.

Iuramenti. ¶ Caſus. Adhuc probat Grat̄. per hoc ca. ꝙ iuramentū debet intelligi ſꝫ intentionem proferentis. Dicit ergo Ioan. Chryſoſto. ꝙ quicunꝗ iurat, ideo iurare debet vt verum loquatur. vnde deus inter iuramentū et comunē loquelā differentiā nō facit: q: ſicut in iuramento nō debet eſſe perfidia, ita nec in loquela noſtra ⁊ ſi ꝗs contra fecerit, pena diuini iudicij dānabit. et hoc ꝓbat authoritate dn̄i dicentis: Os quod mentitur ⁊c̄.

intentionem: quia non debet intentio verbis deſeruire, ſed verba intentioni.

Si ergo diuina iudicia verba noſtra talia foris audiūt qualia ex intimis ꝓferuntur: ſi intētio nō dꝫ ſeruire v̄bis, ſꝫ verba intentioni: ptꝫ ꝙ deus nō accipit ſic iuramētum ſicut ille cui iurat̄: ſed potius ſicut q̄ iurat intelligit: cū recipiēti nō ex intimis, ſed ex his que ꝓferuntur foris verba noſtra ſonant.

Item obijcit̄: q̄ iurat ſuper lapidē putās ſe iurare ſuper ſacroſancta euāgelia, perinde tenet̄ ac ſi ſuper euāgelia iurauerit: licet ille cui iurat, ideo ſuper lapidem illum iurare fecerit, ne non ſeruādo quod ꝓmittit, reatu periurij teneatur.

Item obijcit̄ illud de ciuibus qui credunt ſe iurare obedituros cōſulibꝰ ſuis in oībus que ſibi imperata fuerint ꝓ honore ſue ciuitatis, ne vero obediētiā recuſantes, reatu periurij illaqueentur, ſupponit̄ breue iuraturis in quo aliud cōtinetur ꝗ̄ ſe iuraturos arbitrentur: videlꝫ ne padū in nilum conuertant: vel aliquid hmōi faciant. Si ergo cōtra hoc qđ ſe iuraſſe crediderāt, cōſulibꝰ ſuis obedientiā denegarēt, nunq̄d ſm intentionē recipiētis, an potiꝰ ſm intentionem iurantis iuramentum deus illud acciperet?

Item ſi innocēs de adulterio vel furto impetitꝰ, innocentiā ſuā vellet aſſerere: iuraret autē ſe ab obiectis ſic eſſe immunē, ſicut in breui illo cōtinet̄ quod manibꝰ ſuis ſe ſcripſiſſe arbitratur: cōtineat̄ autem in illo hūc reū eſſe obiectorū: nunquid a dn̄o periurus reputabit̄? aut nunq̄d poterit argui ſe iuraſſe adulterij aut furti reatū incurriſſe? Nō. Hinc etiā Ioannes Chryſo. ait.

¶ Inter iuramentum ⁊ locutionem fidelium nulla debet eſſe differentia.

Iuramenti hmōi cauſa eſt, q: omnis q̄ iurat, ad hoc iurat[a] vt qđ verū eſt loquatur. Et ideo dn̄s inter iuramētum et loquelā noſtrā, nullam vult eſſe diſtātiā[b]: q: ſicut in iuramēto nullā cōuenit eſſe ꝑfidiā: ita q̊ꝫ in verbis nr̄is nullū debet eſſe mendaciū: q: vtrūꝗ ⁊ periuriū ⁊ mēdaciū diuini iudicij pena dānat̄, dicente ſcriptura: Os qđ mentit̄, occidit animā. Quiſquis ergo verum loquit̄, iurat: q: ſcriptum eſt: Teſtis fidelis non mentietur.

Idem.

¶ Anteꝗ̄ aliquis iuret peierat ſi contra conſcientiam iurare parat.

Qui peierare paratꝰ eſt: anteꝗ̄ iurat iam periurus eſſe videtur: q: deꝰ non ex operibus[c] iudicat, ſed ex cogitationibus et ex corde.

Ex his omnibus colligitur ꝙ iuramenta ſecundum intentionem preſtantis, non recipientis a deo iudicantur. Quomodo ergo ſm Iſidorum quacūꝗ arte verborum quis iurat, deus ſic accipit ſicut ille cui iuratur intelligit. Sed ſicut aliđ eſt callida arte verborum iurare, aliud ſimpliciter intentionem ſuam iurando enunciare: ſic aliud eſt ſimplici intentione iuramentum factum recipere: aliud in recipiendo calliditate vti: quia ſicut quiſꝗ̄ apud deum non valet aliquem ledere: ſic nec preter eius intentionem valet quis alicui

a ¶ Ad hoc iurat. Id eſt iurare debet.

b ¶ Diſtantiam. quantū ad hoc, cū mortaliter peccat q̄ ſimpliciter dicit falſum: ſicut q̄ ſub iuramento dicit falſum: magis tamen peccat peierando, ꝗ̄ mentiendo. † ſolidius ſubſiſtit vbi iuramētum interponitur: vt.ſ̄.e.q.j.c.j.ſed tn̄ plꝰ operat̄ ſacramentū ꝗ̄ ſimplex promiſſio: vt extra de iureiu. debitores. Itē hic eſt argu. ꝙ ex nudo pacto oritur actio: vt.xij. qōe.ij. quicūꝗ ſuffragio. et.q.v.quia Ioannes.Io.

c Qui peierare. ¶ Nō ex operibꝰ. Deus potius conſiderat animum ꝗ̄ factuꝫ: vt.xv.qō.vj.capi.j. et deus interrogat cor, ⁊ non manum. xxij.qōe.v. ſi quid ſic.xxxij.qōe.v.pro poſito.

¶ Ex his omibus. ¶ Caſus. Concludit Gratianus ab illo.§.ſꝫ obijcitur. ꝙ iuramenta iudicātur a deo ſm intentionē facientis, ⁊ non recipientis. ⁊ poſtea ſoluit predictam contrarietatem, dicens ꝙ ſimplicitas quandoꝗ eſt ex parte facientis, quandoꝗ ex parte recipientis. ⁊ ſilr̄ dolus qn̄ꝗ eſt ex parte facientis, qn̄ꝗ ex parte recipientis. ex quacunꝗ ergo parte eſt, deus vidēs cordis ſimplicitatē ſic accipit ſicut illa pars intelligit que ſimpliciter intelligit. artem enim verborum deus ſemper aſpernat̄ ⁊ odit.

Iuramentuꝫ plꝰ operatur ꝗ̄ ſimplex ꝓmiſſio † Dic ꝗ ꝙ lꝫ deꝰ nō faciat drīā iter loq̄lā ⁊ iuramentum: ec̄ctia tn̄ facit: q: mēdax ſimplex non patit penā quo ad infamiā ⁊ repulſionē teſtionij: vel q̄n poſſit ꝓmoueri ſꝫ ſecꝰ in mendace iurato. ⁊ hꝰ intelligas ex q̄ ſimplr̄ mēdax eſt de crimine emēdatus ſm decret. ex̄ de teſti.teſtimoniū. ſm h.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

¶ De etate. ¶ Hec eſt .iiij. pars. q. in qua probat quãdo et in qua etate ſit iurandum, et quando non: ⁊ hec eſt q̃ō. incidens. Joan. de fan.

¶ Caſus. Quia ſupra facta eſt mentio de iuramento: ideo nunc oſtendit Gra. in qua etate poſſit quis ad iuramentū cogi: ⁊ ꝙ infra pubertatis annos nullus cõpelli dz. j. c. j. ⁊ ij. poſtea vero cõpelli põt.

Paruuli. ¶ ¶ Caſus. Queſitū fuit in q̃ etate paruuli cogant̃ iurare. Et reſpõdetur, cū ſunt in etate rationabili: et ſi quis cū iurare poteſt, ſemel peierauit, decetero teſtis eſſe non poteſt: nec in ſua vel alterius cauſa erit iurator.

iiij. ps.

Impuberes an poſſint iurare.

a ¶ Jurare. Nec teſtis eſſe põt: vt iiij. q. iij. c. j. Et ideo hoc eſt, quia iuramento debet adeſſe iudiciū: ſed hec etas neſcit quid agat: vt. C. de fal. mo. l. j. Item q: impubes non poteſt peierare: vt. ff. de iureiu. l. qui iuraſſe. vnde ſacramentum calumnie preſtare non põt. poſſet tamen dici ꝙ ſi eſt doli capax, ꝙ tūc calumnioſe petere poteſt: vt ex de deli. pu. c. j. et ſi nouerit veritatem: ꝙ bene p̄ſtabit ſacramentum calumnie argu. C. de iureiuran. propter calumniã. l. ij. §. j. Sed de veritate dicēda bene poteſt iurare. Nam ab impuberibus et timidis ſumitur initiū queſtionis: vt. ff. de queſt. vnius. in prin. Item impubes ferula percutitur pro veritate dicenda: vt. ff. ad ſyl. l. j. §. impubes. et tenet confeſſio quam facit, licet contra eam poſſet reſtitui: vt. ff. de confeſ. l. certū. §. pe. Joan. quod falſum eſt, niſi ſit doli capax: cum hoc cap. contradicat. B. hoc autem certum eſt ꝙ ſi aliquis ſponte receperit iuramentum minoris, bene valet et tenet tale iuramentum: vt. ff. de iureiur. l. qui iuraſſe. Item in caſu poteſt quis conueniri ratione iuramenti quod preſtitit dum eſſet impubes: vt ſi impubes iurauit ſe preſtaturū operas, ipſe pubes factus bene conuenitur de hoc iuramento: vt. ff. de li. cauſa. l. vlti. in fi.

Dicit Azo. ꝙ hoc non eſt verū q̃zuis ſit doli capax: arg. C. de iura. ca. l. ij. §. j. ſed de veritate dicēda bñ ff. de cõfeſ. certum §. minorē. ar. ff. de admi. tu. l. j. in fi. ſm Lau. et hoc eſt quod ſequit̃.

b ¶ Cauſa. Sed nonne ſi agere vult periurus in propria cauſa, audiretur: quia nulli prohibetur agere in ꝓpria cauſa: vt. iiij. q. vj. omnibus. ſed agere nõ poteſt niſi preſtet ſacramentum. Item nonne iudex vel altera pars poteſt ei deferre ſacramentum? Ad hoc dicas ꝙ hec lex ſumpta eſt de lombarda, ſm quam non iuratur de calūnia. patet ergo ꝙ loquitur hic de alio iuramento: et poteſt dici ꝙ loquitur hic de iuramento purgationis. i. vt nec ſe nec alios poſſit expurgare. ex hoc ſequitur ꝙ ſi ſuſpitio aliqua eſt cõtra periurium ſtatim habetur ꝓ conuicto, cū ſe expurgare non poſſit: et imputet ſibi qui in talem caſum incidit: quia culpa ſua illū ſuſtinet: vt. xv. queſt. j. ſi quis inſaniens ex quo em̄ ſemel peierauit, p̄ſumitur ꝙ ſemper debeat peierare: vt. ij. queſt. vij. non poteſt. vnde amodo nõ eſt ſacramento ſuo credendū: vt extra de preſumpt. literas. ea tamen iuramenta que oneris ſunt potius q̃z honoris, bene preſtabit: vt iuramentum calumnie. ſimiliter dominis ſuis iurabit in cauſa feudi. contra xlvij. diſt. q̃zuislibet. extra de re iudi. in cauſis. v. ps.

... ſubuenire. de⁹ autē duplicitatis aſpernator ſimplicem intentionē vtriuſqz cõſiderat: ⁊ tam ex parte recipientis, q̃z ex parte preſtantis verborum artem aſpernat̃ ⁊ odit. De etate vero iurantium querit̃ qua etate quiſqz ad iurandum debeat cogi. de quo in primo libro capitulariū ſic inuenit̃ definitū.

¶ Ante rationabiles annos alii qui non cogantur iurare.

Paruuli q̃ ſine etate rationabili ſunt, nõ cogantur iurare[a]: et qui ſemel periuratus fuerit, nec teſtis ſit poſt hoc, nec ad ſacramentum accedat, nec in ſua cauſa[b], nec alterius iurator exiſtat.

Itē ex cõcilio Elibertano.

¶ Ante. xiiij. annos nullus iurare cogatur.

Pueri ante annos. xiiij. nõ cogant̃ iurare: puella[c] quoqz ſi in puerili etate ſita in domo patris illo neſciēte iuramento ſe conſtrinxerit: ⁊ pater eius vt audierit, ſtatim[d] cõtradixerit: vota eius ⁊ iuramēta irrita erunt, et facilius emēdabitur.

Item Cornelius papa.

¶ De eodem, ⁊ vt a ieiunis iuramenta preſtentur.

Honeſtū etiã videt̃ vt q̃ in ſanctis audet iurare, hoc ieiun⁹[e] faciat cū omni honeſtate ⁊ timore dei, ⁊ vt pueri ante annos. xiiij. non cogãtur iurare. ¶ Preterea ſunt quedam tēpora quibus iurare ꝓhibemur. Unde in concil. apud ſanctū Medardū habito.

¶ Quibus temporibus iurare prohibemur.

Decreuit ſancta ſynod⁹ vt a. lxx.[f] vſqz in octauam paſche, et ab aduentu dñi vſqz in octauã epiphanie, necnon ⁊ in ieiunijs q̃tuor tēpor̄, ⁊ in litanijs maioribus[g], ⁊ in diebus dñicis, ⁊ in dieb⁹ rogationū (niſi de cõcordia ⁊ pacificatione) nullus ſuper ſacra euangelia iurare preſumat. De forma vero fidelitat̄ et quid quis debeat domino, vel econuerſo: ſic inuenitur in epiſtola Philiberti epiſcopi.

¶ Que in fidelitate ſunt ſeruanda.

De forma fidelitatis aliquid ſcribere monitus hec vobis que ſequuntur breuiter ex librorum authoritate notaui. Qui dño ſuo fidelitatem iurat, iſta ſex ſemper ĩ memoria debet habere: icolume,

c ¶ Pueri. ¶ Puella. Idem eſt in puero: vt. ſ. ea. q. iiij. tribus.

d ¶ Statim. Filij iuramentū debet pater reuocare q̃z cito ſcit, ꝙ vt hic dicitur: ſed votum religionis non tenetur ſtatim reuocare cum ſcit: ſz ſtatim vſqz ad annum et diem contradicere poteſt: vt. xx. queſtio. ij. puella. aliter tamen eſt ſupra diſtinctum. ſcilicet. xx. q̃ō. ij. in prin.

Ad idē concordat ꝓug. q̃ exponit ſtatim .i. ex q̃ ſciuit et potuit.

e Honeſtum. ¶ hoc ieiunus. ſil'r teſtimoniū debet dicere ieiunus: vt extra de teſti. placuit. Que a ieiunis fieri debeant, no. de conſe. diſtin. j. ſacramenta. tñ quod hic dicit̃, magis eſt honeſtum q̃z iuſtum. Jo.

f Decreuit. ¶ Ut a. lxx. in his etiã diebus cauſe exerceri nõ debent. xv. q. iiij. c. j. ⁊ ij. huic tñ ca. ⁊ p̄cedenti obuiat conſuetudo preſcripta. Jo.

g ¶ In litanijs maioribus. vt in feſto ſancti Marci.

¶ De forma. ¶ Hec eſt. v. pars. q. in qua dicitur quod in ſequenti ca. continetur. Jo. de fan.

¶ Caſus. Supra facta eſt mentio de iuramento. ſed q̃ fidelitas fit iureiurando, ideo nunc oſtendit Gra. quid fidelis dño et econuerſo debeat facere.

De forma. ¶ Caſus. Quidã rogauit Philibertum epm̃ vt ſcriberet ſibi quot debeant cõtineri in iura-

tutum, honeſtū[a], vtile, facile, poſſibile. ✝ Incolume videlicet ne ſit in damnū dño ſuo de corpore ſuo. Tutū, ne ſit ei in damnū de ſecreto[b] ſuo, vel de munitionibus[c] p quas tut9 eē pōt. Honeſtuz, ne ſit ei i dānū de ſua iuſtitia vel de alijs cauſis q̄ ad honeſtatē[d] ei9 pertinere videnť. Utile, ne ſit ei in dānum de ſuis poſſeſſionib9. Facile vel poſſibile, ne id bonum qđ dñs ſuus facere leuiter poterat, faciat ei difficile: neve id quod poſſibile erat, reddat ei impoſſibile. vt fidelis hec documenta caueat, iuſtum eſt. Sed quia non ſufficit abſtinere a malo, niſi fiat id qđ bonuz eſt: ✝ reſtat vt in eiſdem ſex ſupradictis conſilium[e] et auxilium domino ſuo fidele pſtet, ſi bñficijs dignus[f] videri vult ⁊ ſaluus eſſe de fidelitate quā iurauit. Dñs quoqz fideli ſuo in his omnibus vicem[g] reddere debet. qđ ſi non fecerit, merito cēſebitur maleficus: ſicut ille qui in eorum preuaricatione vel faciendo vel cōſentiendo deprehenſus fuerit perfidus et periurus.

Auguſtinus. De eodem.

Si quis laicus iuramentum violādo pphanat quod regi et domio ſuo iurat: et poſtea puerſe ⁊ doloſe eius regnū tractauerit: et in mortē ipſius aliquo machinamento inſidiať: quia ſacrilegiū pagit in Chriſtum dñm manū mittens anathema ſit: niſi per dignam penitētie ſatiſfactionez emendauerit: ſicut conſtitutū a ſctā ſynodo eſt, id eſt ſeculū reliquat: arma deponat: i monaſteriū eat: ⁊ peniteat oībus diebus vite ſue: veruntamen cōionem in exitu vite ſue cum euchariſtia accipiat. epiſcop9, preſbyter, diaconus, ſi hoc crimen commiſerit, degradetur. Ut itaqz ex pmiſſis apparet, mēdacium nec in ſimplici ſermone debet pferri: nec iuramento firmari. Mēdaciū aūt non ſolū in vbis, ſed etiā in ſimulatis operibus eſſe pbať. Unde Amb. in ſermone habito in dñica de Abraham.

Mētitur qui profeſſionem ſuam operibus nō oſtendit.

Caueте fratres mendaciū: q2 oēs q̄ amāt mendaciū filij ſunt diaboli. Nō ſolum in falſis verbis, ſed etiā in ſimulatis operibus[h] mendaciū eſt. mēdacium nanqz eſt ſe chriſtianū dicere, ⁊ opa Chriſti non facere. mendacium eſt

mento fidelitatis quam facit vaſallus dño: qui reſcripſit ſex debere ibi contineri: ſcz incolume, tutū, et honeſtum, vtile, facile, et poſſibile: q̄ vaſallus ſemp debet in memoria habere. Et ponit exemplū de illis ſex in quib9 oībus debet vaſallus dño conſiliū et auxilium preſtare ſi vult beneficio dign9 videri, et ſaluus eſſe de fidelitate: ⁊ dominus in his oībus vaſallo vicem reddere debet.

✝ Adde q ſimile obſequiū dz cleric9 eccl'e. l.ij. ⁊ ibi Albe. 8 roſ. C. de aduo. di. iudi.

a Honeſtuz. ſic ergo honeſtas et poſſibilitas in omni iuramento ſunt intelligenda: vt. ſ. e. q.iiij. vnuſquiſqz. et ex̄ de iureiuran. quēadmoduz. ſed illud ſacramētum preſtant archiepi romano pontifici: vt ex̄ de iureiurā. ego. et ſubditi ſuis epis: vt. xxiiij. diſt. q̄q̄. et imperator pape. lxiij. diſtin. tibi domino. et lz generaliter iuret vaſallus dño. ſ. q in omnibus cauſis iuuabit ipſum, ⁊ contra quelibet: tamē contra propriā patriam non iuuabit ipſum: vt. ff. de re. li. minime. nec contra papā: vt extra de iureiur. venientes. Sed qđ ſi dominus vult filiū vaſalli impetere: nūquid iuuabit ipſuz cōtra filium? videť q non: q2 nec contra filiū excōicatuz iuuabit. xj. qōe. iij. qm̄ multos. ⁊ arg. ad hoc. ff. de reli. minime. et contrariū tn̄ dicit lex feudi in titu. quemadmo. feu. amit. 8r eñ ibi q vaſallus obligat9 eſt filio ſuo tm̄ vinculo nature: ſed dño ſuo obligat9 eſt vinculo iuramenti. Itē non teneť ipm iuuare ſi iniuſte impetit aliuz. nec eñ opem fert qui ad peccandū nos adiuuat: vt. xiiij. q. vj. ſi res. Itē nunqd vaſallus pōt accuſare dñm? non: vt hic pōt colligi: niſi proſequať ſuam iniuriā. alioquin ſi accuſat, perdit ius feudi: ſicut patron9 q̄ accuſat libertū pdit bonoꝝ poſſeſſionē: vt. ff. de bo. li. q̄ cū maior. nec etiā teſtimoniū pōt ꝯtra ipm ferre nec in criminali cauſa, nec etiam pro ipſo: vt extra de offic. deleg. cauſam.

Impator iurat pape.

✝ Cōc. l. iuſtitia. ſ. iuris pcepta. cuz gl. in v. tribuere. ff. de iuſti. et iuſti. e. ti. ⁊. ſ. i glo. ſup v. ius ſuum.

Uaſallus dñz non accuſat.

b Deſecreto. Ille qui prodit ſecreta alicuius, capite puniť: vt. ff. de re mili. omne. ſ. iij. et. C. de cōmer. ⁊ mer. l. ij. et ſic poteſt quis iurare ne pdat ſecreta alterius. argu. tamen eſt contra. xiij. diſt. nerui.

Secretoꝝ pditor capite puniť.

c Munitionibus. Qui munitiones cedit hoſtib9, vel literas vel nūciū vel aliquod ſignum eis mittit, incidit in crimen leſē maieſtatis: vt. ff. ad leg. iul. ma. l. j. ij. ⁊. iij.

d Ad honeſtatem. Ut nec cum vxore nec cum filia commiſceatur: nec aliquid inhoneſti faciat in domo domini: vt de peni. diſtinc. v. conſideret.

e Conſiliū. Vide quō interpretatur hoc iuramētū. Ego iuro q nullū faciā tibi dānum. i. ego iuro q nec ego faciam, et etiam q alios faciētes phibebo. ſic interptať lex tale pactum: vt ſi aliqs fecit pactū q ſyluā nō cederet vel vreret, etiā cuſtodire tenetur ne ali9 vrat vel cedat: vt. ff. locati: in lege. idē videť in oībus negatiuis promiſſionib9: vt cū diciť promitto q non faciā: nō ſolū teneor nō facere, ſed etiā curare debeo ne fiat: vt. ff. de vb. ſig. facere. ⁊ de vb. ob. in illa ſtipulatiōe.

promiſſiones negatiue ad duo obligant.

vj. ps.

f Dign9. ergo ſi clericus preſtat pcinių ꝯ eccl'iam ſuā vel epm ſuuz, pōt priuari bñficio ſuo. xcvj. diſ. ſi impator. et extra de poſtu. ca. ſi. Joan. ✝

✝ Adde pro hoc tex. in. l. alia. cū no. C. de vt idig. Bal. et gl. in v. non eui tabit. in ca. j. v. ſz rq̄ de lator. q̄ fu. p. cā bene amit. col. x.

g Uicem. Et ſic eadē fide teneť qs ſubdito ſuo, ſicut ſubditus domino: vt. xcv. diſtinc. eſto his qb. ſubiectus. et extra de iureiur. peruenit. et. xxxij. q. vj. nihil iniquius. et ſi non fecerit, priuať illo, vel dominio qđ hz in vaſallo: et trāſit feudū ad ſuperiorem: vt in lib. feu. quemadmo. feu. amit.

Ut itaqz. Hec eſt. vj. pars. q. in qua 8r q non ſolum verbis mentimur. ſed etiam factis. Jo. de fan.

Caſus. Concludit Gratianus ex ſupradictis dicens q mendacium nec in ſimplici loquela nec in iuramento eſt aſſumendum. Poſtea oſtendit q mendaciū ⁊ verbis et factis fieri poteſt: quod per ſequen. ca. probat.

Caueте fratres. Caſus. Ambroſius monet fratres ſuos vt mendacium vitent: oſtēdens q mendacium fit duobus modis: ſcilicet verbis, ⁊ factis. Nam ſi quis dicit ſe chriſtianū ⁊ clericū, ⁊ non facit opera chriſtiani vel clerici, mendax eſt in operibus ſuis.

h Operibus. Argu. q factis mentimur, ſicut verbis et factis negamus Chriſtum. ſicut verbis. xj. qō. iij. eſtimant. ⁊ factis appellamus. extra de appel. dilecti. j. ⁊ fa-

ctis predicamus.xliij.diſt.ſit rector.

Quotiẽs vero.¶ Caſus. Docet hic Hiero. ꝙ ſi quis non cõgruo tpe ⁊ loco,⁊ qꝺ non cõuenit audientibus loquat᷑:potius deſtruit audiẽtes ꝙ̃ edificet. Vnuſquiſqꝫ enim cõſiderare debet quid vel quãdo loquatur: qꝛ ꝓ quolibet verbo ocioſo reddituri ſumus rõnem.

a ¶ Audiẽtibus. Forte inſtruit rudes magna ⁊ ſubtilia:qꝺ eſſe nõ dꝫ. ſic̃e.viij.qõ.j.oportet.et.xliij.diſtinc.ca.j.Joan.

¶ Iuramentum. ¶ Hec eſt.vij.pars qõnis, in qua dicitur ꝙ clericus non debet iurare laico, nec epõ ſine cauſa. Jo.de fan.

Nullus.¶ Caſus. Queſitum fuit in concil. Remeñ.vtrũ clericus accuſatus coram laico iudice, poſſit preſtare iuramentum calũnie vel innocentie ad ſe purgãdum:? Et reſpondet᷑ ꝙ non: ſed coram eccleſiaſtico iudice corrigatur vel expurgetur:ſed corã laico iudice dicat,eſt eſt:non non.

b ¶ Laico. Hoc capit.intelligas de iuramento expurgationis: ꝗ qꝺ clericus non debet facere corã laico, ſed tantũ corã epõ vel eius delegato, niſi hoc fiat authoritate pape: vt.ij.q.v.mennã.ſi eñ clericus peteret aliqꝺ coram laico, bene tenetur ibi p̃ſtare iuramentũ calumnie. Vel dic ꝙ ſine licẽtia epi nullum debet facere iuramentum laico:imperatori tñ iurant epi fidelitatem.

Iuramentũ purgatiõis nõ dꝫ clericus preſtare coram laico.

ꝗ Iſta fuit ſententia M.et B.ſm Lau.⁊ ꝙ hꝰ caſu intelligatur ca.patꝫ ex ſi.ſꝫ hu.ſed vrget illa litera quicqꝫ.

Quidam epi.¶ Caſꝰ. Supra tractatũ eſt de catholicis: et dictũ eſt ꝙ nõ ſunt cogẽdi ad malum. Nũc vero ſubnectit Grat.xxiij.cauſam,in qua de hereticis tractat,querens an ipſi ſint cogẽdi ad bonum. Item queritur an militare ſit peccatuꝫ: ⁊ quod bellum debeat dici iuſtum,⁊ quod iniuſtum, ⁊ an vindicta ſit inferenda,et an peccatum ſit iudici malos occidere,cõdemnãdo ſcꝫ. Sed vt hec ⁊ alia cõpetentius faciat, thema proponit:de quo octo elicit queſtiones.

epiſcopum ſacerdotem vel clericum ſe profiteri,⁊ contraria huic ordini operari.

Item Hieronymus.

¶ Quotiẽs ſermo malus de ore noſtro procedat.

Quotiẽs vero loquimur aut nõ in opportuno tẽpore,aut nõ i opportuno loco aut nõ vt ꝯuenit audiẽtibus[a] totiens ſmo malus ꝓcedit de ore nr̃o ad deſtructionẽ eorũ q̇ audiũt. cõſiderem⁹ itaqꝫ q̇d loquamur : qꝛ ꝓ oi ocioſo ṽbo reddituri ſum⁹ rõnẽ in die iudicij. Iuramẽtũ ṽo clericus laico p̃ſtare non dꝫ. Unde in Remenſi concilio legitur.

¶ Cuiqꝫ laico clericus nihil iurare preſumat.

Nullus ex eccl̃iaſtico ordine cuiqꝫ laico[b] q̇cq̃ ſup ſacra euãgelia iurare preſumat:ſꝫ ſimpl̃r cũ veritate et puritate dicat,eſt eſt : nõ non. ſed ſi eſt aliq̇d qꝺ ſibi obijciat᷑ ꝓut iudicauerint q̇ eiuſdẽ ordinis ſunt,aut corrigatur,aut expurgetur. Epõ ſiḿr clericus iuramẽtum preſtare non debet : niſi forte is cui eccleſie procurationem committit.

Unde Urbanus ſecũdus ait.

¶ De eodem.

Nullus epũs clericos ſuos(niſi forte quibus eccleſiaſticarum rerum diſpenſatio cõmiſſa fuerit)ſibi iurare cõpellat.

¶ Cauſa.xxiij.

Quidã epi cũ plebe ſibi cõmiſſa i hereſim lapſi ſũt: circũadiacẽtes catholicos minis et cruciatibus ad hereſim compellere ceperunt:quo comperto apl̃icus catholicis epis circũadiacẽtium regionũ qui ab impatore ciuilẽ iuriſdictioneꝫ acceperãt,impauit vt catholicos ab hereticis defenderent: et q̇bus modis poſſent eos ad fidei ṽitatẽ redire cõpellerẽt. epi hec mandata apl̃ica recipientes,conuocatis militibus aperte ⁊ ꝑ inſidias ꝯtra hereticos pugnare ceperũt. tandẽ nõnullis eorum neci traditis, alijs rebus ſuis vel eccleſiaſticis expoliatis , alijs carcere et ergaſtulo recluſis:ad vnitatẽ catholice fidei coacti redierũt. Hic primũ queritur,an militare peccatum ſit:? Secundo, quod bellũ ſit iuſtũ:et quomõ a filijs iſrael iuſta bella gerebantur:? Tertio,an iniuria ſociorum armis ſit ꝓpulſanda:? Quarto,an vindicta ſit inferenda:? Quinto,an ſit peccatum iudici vel miniſtro reos occidere:? Sexto,an mali cogendi ſint ad bonum:? Septimo,an heretici ſuis et eccleſie rebus ſint expoliãdi:et q̇ poſſidet ab heretic̃ ablata,an dicatur poſſidere aliena:? Octauo , an epiſcopis vel quibuſlibet clericis ſua liceat authoritate vel apoſtolici ſine impatoris p̃cepto arma mouere:?

¶ Queſtio.j.

Quod militare[c] alienum videatur ab euãgelica diſciplina,hinc videtur poſſe probari:qꝛ omnis militia vel ob iniuriam

Quod militare.¶ Caſus. Hic ponit p̃ma.q. i qua queritur an militare ſit pctm̃:? Et r̃ndetur ꝙ non vt.j.ca.militare. et hoc verũ eſt ſi bellum a principe indicatur: vt.j.e.q.ij.iuſtum.ſimil̃r pro defenſione ſua vel patrie vel legũ paternarum: vt.j.qõ.viij.ſi nulla. clerici autẽ arma mouere nõ poſſunt: vt.j.e.qõ.viij. clerici. et ca.quicũqꝫ. Et procedit Grat̃.hoc ordine i hac queſtione. Primo probat ꝙ militare ſit peccatuꝫ.poſtea in.§. his ita reſpondet allegatis , et ꝓbat contrariũ. In vltimo.§.cõcludit,veram ponens ſolutionem.ſ.ꝙ precepta patiẽtie in preparatiõe cordis ſũt ſeruanda , non in oſtentatione corporis . Eſt ergo caſꝰ.§.breuis: et ꝓbat Gra.x. authoritatibus militare eſſe peccatum.

c ¶ Qꝺ militare. Hic q̃ritur an militare ſeu bellare ſit pctm̃:? Et dicendũ eſt ꝙ non : vt.j.eo. militare. ⁊ hoc verum eſt ſi a principe indicat᷑ bellum: vt.j.e.q.ij.iuſtum. Similiter pro defenſiõe ſua vel patrie vel legum paternarũ: vt.j.e.qõ.viij.ſi nulla. Clerici autẽ in ſacris ordinibus conſtituti non poſſunt mouere arma: vt.j.e.qõ.viij.clerici. Similiter videtur ꝙ nec ĩ minoribus ordinibus cõſtituti etiam vxorati poſſunt mouere arma : quia ſub regula eccleſiaſtica debent viuere: vt.xxxij.diſt.c.ſi.

Bella an ſint ꝑmiſſa et q̇bꝰ.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN